

furis aduersus illum processit donec se a causae cognitione inhiberet, à cuius processu cum tam secularis Iudex, quam actoris pars appellasset, & querelam in Senatu proposuissent, vni facere Ecclesiasticum in non deferendo appellationi ex supradictis iudicauimus.

62 Altera à Parladot. d. 4. p. §. 5. num. 12. limitatio annectitur, vt & executioni sit locus aduersus tertium, tam deposito, vel commodato ab iplo debitore habentem, eiusve colonum, aut inquilinum. Quae quidem limitatio perquam falsa est, quia doctrina, qua nititur, procedit in hypothecaria actione non vero in executione, vt aptius infra ostendam dissertat. 20. num. 17. & 18.



DISSERTATIO XV.

De emphyteusi, vel feudo, siue priuati, siue Ecclesiae, ob extinctam generationem, seu vitam finitis, an eorum renouatio facienda sit descendentibus, vel proximioribus cognatis ultimi possessoris, ad priorem limitationem legis ne cui, Cod. de locato, de qua actum est dissertat. 13. & obiter quam plura alia vtriusque iuris capita enucleantur, maximè nouella 7. siue Authent. de non alienand. capite 1. vers. Alienationis, & capite 3. in princip. & ad finem, vers. Neque illud, collat. 2. & nouella 110. siue Authent. de alienatione & emphyteusi, capite 6. vers. Licentiam, collat. 9. cap. nulli 5. & cap. ad aures 7. de rebus Eccles. cap. 2. de feud. & cap. 1. §. sed non est alia, tit. 2. 4. Quae sit iusta causa benef. amitt. lib. 2. feud.

SVMARIA.

- 1 Emphyteusis, & feudalis contractus inter se simillimi sunt, & locatoni valde proximi, cum ad certas vitas, vel generationes constituti sunt, & in vtroque renouationis ius concessum est descendenti, vel proximioribus cognatis intra quartum gradum ultimi possessoris.
2 Vtilissimi sunt non tantum exteris, sed & Hispans, maximè Lusitanis, & Galacis.
3 Renouationis ius in eis plerique negarunt, quatenus sit emphyteusis, siue Ecclesiastica, siue secularis.
4 Admittunt tamen, dominum quemcumque, siue priuatum, siue Ecclesiam, renouationem non facientes descendenti emphyteute, vel feudatarij iniuriam quandam minus propriam eis facere, in iudicium non deducibilis.
5 Lex 1. §. permittitur, vers. Planè, ff. de aqua quotid. & astiu. quo casu loquatur, & quae sit eius ratio? ac n. 17.

- 6 Limitata causa limitatum producit effectum; & de intellectu n. 24.
7 Iniuriam nemini facit qui suo iure vititur, & num. 24.
8 Locatione finita, domino liberum est, conduttore expellere, & alij cuiusque rem locare, & n. 25. vers. Non item.
9 Authent. de non alienand. aut permut. reb. Eccles. cap. 3. §. quod autem, vers. Neque illud, collat. 2. expenditur, & de intellectu, n. 26.
10 Cap. ad aures 8. de rebus Eccles. expenditur & de intellectu, n. 23.
11 Cap. 2. de feud. in princip. & in vers. Ad haec, expenditur.
12 Liberè verum sit natura cuiuscumque tertij impedimentum, & contradictionem excludit.
13 Renouationis ius etiam in emphyteusi vel feudo locum habet, nec minus in puncto iuris, quam ex communi praxi male negata à Blasio Flores, & casu auctori circa eam contingens referunt.
14 Probatum est apud nos in 1. 69. tit. 18. part. 3. & cum equitate potissimum nitatur, nullò magis procedit in Ecclesia, qua eius pra aliis cultrix esse debet.
15 Appellari ab eius denegatione potest iure canonico & quare?
16 Honestatis & humanitatis quod est plerumque ad iuris necessitatem redigitur.
17 Renouationis emphyteusis similitudo notatur cum specie proposita in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & astiu.
18 Cap. cum de beneficio 5. de praebend. in 6. expenditur.
19 Confundendo ex vico communi actu introducti potest. ibid.
20 Cap. fin. vers. Supra scripto, 100. dist. expenditur.
21 Cap. Bonae memoriae 3. vers. Attendentes, cap. bonae memoriae 4. in fine, & cap. postulationem 5. iuncta vbique glossa & communi, de postulat. Praelator. expenditur.
22 Iura haec minus rectè applicentur à D. Ioanne del Castillo ad facultatem, quam putat seculari Principi competere, etiam R. P. in consilio, ad id faciendum, & exequendum, quod in similibus casibus ab eo impetrare consuevit, & quare?
23 Iuris determinatio ubi certa non est in aliquo casu, ex similibus licet somere argumentum ad idem in simili indicandum.
24 Dominus directus rei emphyteutica vel feudalis, est stricto iure post finitam generationem posse absque iniuria renouationem denegare, aequitate vero inspecta non agere, & quare?
25 Iudicis officium est non veram, ac propriam obligationem supponere, saltem supponit quae obligationem, quam iudex pra oculis habere debet.
26 Emphyteusis Ecclesiastica concessio Authentico- rum iure prohibita erat ultra personam accipi-

- plentis, & duorum heredum, nempe filiorum, & nepotum, aut viri, & uxoris, qui specialiter fuerint nominati, & quare in his terminis renouatio ultra tertiam generationem non admittatur, etiam virtute precedentis praescripti?
27 Locatio de nonenium in nonenium ab Ecclesia facta cum pacto de renouanda, alienationem quandam continet, & in perpetuum extensam emphyteusim, ac proinde absque iuris solemnitatibus improbat.
28 Emphyteusis concessio nouiore iure Authentico- rum permittitur est Ecclesiae in perpetuum sub certa solemnitate, praefer Constantinopolitanam Ecclesiam, & eius subsidia.
29 Si ad certam generationem, pura secundam, vel tertiam indefinitè fiat, persona accipientis non commutatur, & in ea locum habet renouationis aequitas, etiam absque vilo pacto, & multò magis eo accedente, & qualiter id procedat?
30 Auth. de non alienandis, §. nos igitur, vers. Alienationis, & §. emphyteusim, an omnino retractum sit per Tex. in §. licentiam, eiusdem tit. & in auth. perpetua, C. de Sacros. Eccles. §. & num. segg.
31 Emphyteusis concessio ab Ecclesia alicui perpetuo facta siue simpliciter, siue pro se & heredibus, tamen adhibita solemnitate debitas, non intelligitur pro heredibus etiam extraneis, vt male voluit Baldus, magis commaniter improbat.
32 Sed tantum pro descendenti in infinitum, in qua primordiale Ecclesiastica emphyteusis naturam.
33 Ioan. Andrea Baldi, & aliorum sententia in proposito explicatur.
34 Emphyteusis secularis, seu priuati (vt vocant) simpliciter pro heredibus concessa, extraneos quoque comprehendit.
35 Emphyteusis Ecclesiastica si concessa sit alicui pro se, ac descendenti, vel ascendenti, & his, qui iure heredes eius fuissent, & vxor ultimi possessoris, ab eo heres instituta, in possessione praedij emphyteutici reperitur, cogenda est illud restituere pronepoti primi emphyteuta ita petenti; ac defensa decisio Lusitana aduersus Ant. Gambian.
36 Emphyteusis concessio non posse etiam expr. se ab Ecclesia extraneis fieri praefer vnam, & vxorem, nec id ius esse correctum per Licentiam, in Auth. de non alienand. & Auth. perpetua, C. de Sacros. Eccles. existimantur plures.
37 Contrarium tanquam verum, ac receptius defenditur.
38 Emphyteusim Ecclesiasticam perpetuam, siue in infinitum concedendi licentia, generalis est ne dum respectu descendenti, sed & extraneorum de quibus vel specialiter cautum fuerit, vel sub verbis nimis amplis, & eius rei exen- pla. ibid.
39 Ad eam solemnitas, à illoqui iure requisita, postu-

latur, qua interveniente etiam vera, & propria alienatio rei Ecclesiastica, quoad directam nempe dominium, in quemcumque extraneum permittitur.
40 Gl. verbo tradere, vers. Sed cum hodie, in Auth. de non alienand. §. quod autem, vers. Neque illud, declaratur. ibid.
41 Ecclesia absque solemnitatibus emphyteusim concedere potest siue consuetudine; eamque generaliter receptam esse, ac per Pontificem toleratam testatur Azo. & Socenator.
42 Doctores vtriusque excellentis de consuetudine testantur fides adhibenda non est, & quare?
43 Ecclesia potest etiam sine solemnitatibus emphyteusim concedere, cum iam antea id facere consuevit, in quibus, & similibus terminis facultas in perpetuum concedendi, dumtaxat intelligitur quoad descendentes, non etiam quoad extraneos.
44 Cap. nulli 5. de reb. Eccles. non tantum probatur Leonis Imper. constitutionem, sed & Iustiniani, illam inuoluntatem, & declarantem, cuius sermo verba usurpauit, & quid tam approbatione ostenderit?
45 Approbatio in favorabilibus facilius praesumitur.
46 Principum secularium sanctiones, Ecclesiasticam libertatem suis privilegijs inueniens, maximè circa prohibitionem alienationis rerum Ecclesiasticarum generaliter probata sunt in cap. fin. de reb. Eccles.
47 Cap. nulli de reb. Eccles. verba illa, & emphyteusim perpetuam contractam, apponit pro illis, & in perpetuum extensam emphyteusim, qua extant in Auth. de non alienand. §. alienationis, & quare?
48 Sub prohibitione alienationis emphyteutici perpetui contractus comprehendere simpliciter voluit contrarium emphyteusim, quem perpetuum dixit, quia sui natura talis est, nec propterea permittit alienationem contractus emphyteutici temporarii, vel vitalitij, sed eum similiter exclusit.
49 Emphyteusis vitalitia, paulò latius usurpauit vocabulo, perpetua dici solet, & quare?
50 Gl. verbo non extitit, vers. Et est argumentum, in l. codicillis 91. §. instituto §. ff. delegat. 2. improbat cum communi, ibidem.
51 Imperatores Leo, & Iustin. verum Ecclesiasticarum alienationem praefer prohibuerunt, quatenusque etiam causa, & solemnitate intercedente.
52 Noluerunt ita amplam interpretationem alienationis verbum accipere, vt ad omnes omnino contractus traheretur, per quos velle dominium transferretur, sed ad eos tantum, per quos in infinitum huiusmodi translatio fit, & ideo permittent concessioem usufructus, & emphyteusis vitalitij usque ad 3. generat. & numer. seg.
53 Usufructus concessio ius quoddam in re, siue dominium vtile in accipientem transferret, ex quo et vtilis reinuenditio conuenit.
54 Cap. nulli 1. de reb. Eccles. siue concilium in eo relatum, eo tempore emanauit, quo Ecclesiasticarum rerum alienatio praefer prohibita non erat, sed ex causa, & solemnitate permittita tam ex nona Imp. Iustin. sanctione quam Leonis Papa, à caeteris Pontificibus passim probata.

- 51 Ea de causa prohibita alienationis vocabulum ad emphyteusim in infinitum extensam non restringitur, sed ad contractum emphyteuticum, sui natura perpetuum, non propterea excludens eum qui proprie perpetuum non sit, sed eius instar habeat, ob vitia domini translationem.
- 52 Extraneus ambiviosè de rebus Eccles. prohibitionem alienationis bonorum Ecclesiast. non tantum extendit ad emphyteuticum contractum latè perpetuum, prout importat locationem ad vitam, vel ad longum, seu longissimum tempus, sed etiam ad locationem ultra triennium, quam R. P. in consilio fieri prohibet sub certis penis.
- 53 Cap. ad aures 7. de reb. Eccles. non agit de renouanda emphyteusi hereditibus emphyteuta, sed de illa denudò constituenda, & concedenda terrarum Ecclesia incultarum, ad culturam eas redigendis suo vel parentum suorum labore, nec excludit debitam solemnitatem, & quare?
- 54 Expenditur in verbis, poterit, quod ad iuris terminos eius decisionem redactis, & huius sententia auctores referuntur.
- 55 Contrarium docentiam sententia, ut in eius cap. specie solemnitas non desideretur eo in casu vera intelligitur à Petro Barbosa, quo res Ecclesia sterili, nullamque ei utilitatem asserens, ab initio data est in emphyteusim sub modico anno censu, ut fertilis, & fructuosa fieret.
- 56 Aetia hac sententia Petri Barbosa impugnatur.
- 57 Cap. ad aures, de rebus Eccles. expenditur in verbis, ob maiorem Ecclesia utilitatem, ibidem.
- 58 Alienatio rerum exiguarum, & inutilium Ecclesia, etsi olim non requireret solemnitatem, at hodie illam requirit, & in quo differret solemnitas olim requisita ad alienationem rerum Ecclesiasticarum ab ea, qua postea introducta est.
- 59 Solemnitas olim requisita ad alienationem rerum Ecclesiasticarum, cur remitteretur in alienatione rerum exiguarum? & intelligitur Textus in cap. tetrulas 33. 12. questione 2.
- 60 Cap. ad aures, de rebus Eccles. intellectum communis referunt, eiusque verba applicatur.
- 61 Actus vel contractus iniuriam præsertim spectatur in remediis restituendis, aut rescissivis.
- 62 Colonis fundi sterili, & inculti, quem sub eo passio accepit, ut eum ad culturam redigeret, suos labores merito deseret, si ille alteri in emphyteusim concederetur, quò meliorem offerret pensionem inspecto tempore quo melioratus reperitur, & negaretur ipsi pro pensione correspondente tempore, quo sterili, & incultus erat.
- 63 Cap. ad aures, de reb. Eccles. vulgaris lètio qua habet, possit, vitiosa est, & ex eius originali restituenda, ubi habetur, possent, & sensus diversitas notatur.
- 64 In eius specie fructus à Ioan. Andr. & aliis fingitur, provisionem à Pralato absque scriptura factam esse, & quare?
- 65 Nec illud interest, an nulla penitus Pralati promissa intercesserit, sed vel nuda concessio ad

- culturam, vel sola eius commensura videmur, aliquem sponte sua accedere ad terras Ecclesia nemerosas, ac ferè inuiles extirpandas, sine in nante redendadas.
- 65 Ratio dubit. & decid. eius iuxta communem intellectum traditur.
- 66 Nullam ibi Pralati promissionem intercessisse verius est, & quare?
- 67 L. si pupilli 6. §. videamus, vers. Etsi vir diligens, ff. de neg. gest. & l. 2. in fin. C. cod. tit. expenduntur.
- 68 L. fin. vtr. Similiter C. de alluvionib. liqui-cumque 7. l. qui fundos 9. & l. penult. Cod. de omni agro deserto lib. 11. ponderantur.
- 69 Habens in emphyteusim fundum sterilem, qui eum sui cultura meliorem reddidit, ipsam ad suos heredes etiam extraneos perpetuo transmittit, nec tercia generatione talis emphyteusis finitur, licet hoc in instrumento non aperitur, ex sententia Bart. & Ioan. de Platea.
- 70 Dextrimam hanc de emphyteusi Ecclesiastica Paulus Castrens. & alij communiter intelligunt.
- 71 Contrarium, quòd & in seculari verificari possit, & de ea tantum Bart. senserit ostenditur.
- 72 Bart. doctrina, in Ecclesiastica emphyteusi accepta, merito improbat à Rem. & alijs, nec probatur in cap. ad aures, de rebus Eccles. ut plures falso existimant, & quare?
- 73 Vera tamen est indistinctè in emphyteusi seculari, in Ecclesiastica verò quoad hoc tantum, ut perpetuo sit transmissibilis ad heredes sanguinis, non etiam ad extraneos, & quare?
- 74 Accipienda nihilominus est, nisi dominus meliorationes solvere paratus, pro se retinere velite fundum emphyteuticum, contra Petr. Barbosa.
- 75 Cap. 2. de feud. & similia inra, liberam facultatem Pralatis Ecclesiasticis concedentia, feudum vel emphyteusim, per mortem ultimi possessoris ad Ecclesiam reuerfa, iterum alij concedendi, qualiter intelligantur?
- 76 Ecclesia res infendari, vel emphyteuticari solita, vacante feudo vel emphyteusi possunt denudò absque ulla solemnitate concedi.
- 77 Etiam si præcesserit iuramentum de non infendando, vel emphyteuticando R. P. in consilio, & quare, & ad qua bona tale iuramentum referendum sit? Huiusque sent. auctores referuntur, n. 79.
- 78 Statutum cum quid est ab initio debito modo in re tractum successuum habente, actus subsequentes non noui censentur, sed in eius statuti executionem facti.
- 79 Extraneus ambiviosè, de reb. Eccles. Pralatum eximit ab obligatione conferendi Pontificem in emphyteusica concessione bonorum Ecclesia, qua ab antiquo in emphyteusim concedi solita sunt.
- 80 Emphyteuticari, vel infendari res solita dicuntur etiam ex unico actum continuato per spatium temporis quadraginta annorum, nisi requisiti ad præscribendas res Ecclesiasticas, quicquid nonnulli bimarum actum intra spatium illud requirant.
- 81 Horum sententia ab alijs eo saltem casu vera intelligitur

- intelligitur, quo legitima solemnitas ab initio non interuenit, cum bona Ecclesiastica emphyteuticari, vel infendari ceperunt, secus si prima concessio legitima solemnitas accessit, & differentia ratio traditur inter vtrumque casum.
- 82 Distinctio, ac declaratio hac in primo eius membro simpliciter accepta impugnatur, & qualiter illa procedat?
- 83 Libere verbum in cap. 2. de feud. quid importet?
- 84 Sensus legitimus, ac iuri planè conueniens diem dari potest, absurdus, sine ab eo dissonis omnino excludendus est.
- 85 Verba, si videris expedire, in cap. 2. de feudis, liberam facultatem antea Pralatis datam ad iuris, & aequitatis terminos restringunt, idque latè probatur & exponatur.
- 86 Cap. 2. de feud. in 2. eius part. non loquitur de feudo ob finitam generationem vacante, sed de vacante ob culpam.
- 87 Emphyteusis, vel feudum si non ob finitam generationem ultimi emphyteuta, vel feudatarij vacant, sed ob eius culpam, renouationis petende ius cessat.
- 88 Emphyteuta si canonem debito tempore non soluerit, nempe intra biennium si sit Ecclesia, vel triennium si priuati, ipso iure emphyteusim amittit.
- 89 Feudatarius si seruicium sibi in concessione impositum facere recusauerit, feudum amittit.
- 90 Cap. 1. §. sed non est alia iustior, tit. 24. Quæ fuit prima causa benef. amittendi lib. 2. feud. non loquitur de seruicio reali, ut Baldus & alij voluerunt, quorum sententia conuincitur. ibid.
- 91 Struimus in materia feudali potius intelligitur personale, quam reale.
- 92 C. 1. §. sed non est alia, quæ fuit prima causa benef. amitt. non loquitur in feudo principaliter concesso ad certum seruicium, & minus principaliter ad fidelitatem, ut Card. Zabarella, & alij existimant, sed generaliter in feudo suo illo modo concesso siue vice versa.
- 93 Ideo illo vassallum priuat, quia requisitus à domino, ut seruicium sibi impositum præstaret, id facere recusauit.
- 94 Recusandi verbum sui natura præcedentem mentionem seu requisitionem supponit.
- 95 Cap. 1. §. sed non est alia, conciliatur cum alijs capitibus feudorum.
- 96 Vassallus ad reale etiam seruicium, seu pensionem domino obligatus, etsi per biennium vel triennium ab eius præst. cessauerit, non cadit in feudo, ut emphyteuta cadit ab emphyteusi sed id intelligitur si à domino non fuerit requisitus, secus alius, nisi aliud in passionem deductum fuerit.
- 97 Feudum ob culpam vassalli amittitur, si is passus in eo sibi apposta non seruauerit.
- 98 Emphyteusis, & feudum ob culpam amittuntur, si domino in requisito fuerint alienata.
- 99 Feudum in demum ob alienationem domino in requisito factam amittitur, si nouum sit, cuius exempla referantur.
- 100 Feudum nouum acquirens quare postero suis per alienationem domino in requisito factam prædicare possit?
- 101 Feudum antiquum per alienationem vassalli ir-

- requisito domino factam non amittitur in præiudicium successorum ab eo descendendum, qui si alienationi non consenserint, illud renouare possunt.
- 100 Feudo nono etiam per mortem acquirentis vacante, huius tantum liberi in eo succedunt, non autem consanguinei collateralis, licet de feudo simul sint inuestiti, itam quilibet in eorum portionem suam habeat, nisi aliud expressè cautum sit.
- 101 Iuri accrescendi non est locus in feudis.
- 102 Feudi nati consors consanguineus renouare non potest alienationem eius, ab acquirentis factam.
- 103 Falli in casibus, in quibus & filij alienationem huiusmodi feudi à patre acquirentis factam renouare possent, & quales hi casus sunt?
- 104 Pater in feudo, & emphyteusi natus, pro se, & filiis quaerit, ita demum illi præiudicare nequit per alienationem, aut translationem irrequisito domino in alium factam, si filiorum factum, vel contemplatio in eius concessione patri facta intercesserit.
- 105 Cap. 2. de feudis in 2. part. ratio dubit. & decid. traditur.
- 106 Renouationis imperanda ius non tantum nititur argumento legum civilium, sed & canonicarum, & aequitate naturali, quam Ecclesia maxime colit.

Inter casus exceptos à regul. l. ne cdi, C. de iacato differat. 13. enumeratos, latè que diffusos, primo loco retulimus emphyteuticum, & feudalem contractum, inter se simillimos, ac locatoni valde proximos, cum ad certas vitas, vel generationes constituti sunt, ut prioris scilicet emphyteusi, vel feudo ob extinctam generationem vel vitam finitis, possint possessoris ultimi descendentes, vel proximiores cognati intra quartum gradum, eorum renouationem petere extraneis exclusis, vsque adeo quidem, ut si id illis non concedatur, ob factam ipsis iniuriam appellare valeant, ex receptissima glossæ, & Bartoli doctrina (cuius ibi meminimus, eam latè exponantes) in l. 1. §. permittitur ff. de aqua quadiam. & estis. Quæ sane limitatio valde vitis est plerisque nationibus, * apud quas huiusmodi contractus receptissimi sunt, non tantum exteris, sed & nostris, ut apud Lusitanos, & Gallicos, qui illos fucros vocant, sed & in Hispalensi, & Granatensi ciuitate in domibus præsertim, & hortis non infrequentes, arrendamientos de per vida, & daciones a censo emphyteusi vulgo dicti, l. 28. vbi Gregorius Lopez gloss. 3. in princip. titul. 6. part. 5. Quapropter vitium est separatim hoc loci eandem limitationem paulò altius examinare, cum non satis illa expedita sit, sed in controuersiam à plerisque vocetur, * quorum aliqui eam indistinctè negant in quacumque emphyteusi, tam seculari, quam Ecclesiastica, ac simili modo in feudo, ut fecere Paul. Castrens. cons. 31. num. 2. lib. 1. Ioannes Imolens. in l. si mihi, & Titio 110. num. 2. vers. Item adde in tertia questione, in l. 1. vers. Sed aduerte, ff. de verbor. obligat. in cap. postulationem, n. 2. post med. vers. Sed certè contractum est verius, de postulatione pralatorum, & in cap. 1. num. 13. vers. Vltcrius quaeritur, de lo-

cate, ubi etiam Andreas Barbacia sub num. 18. circa fin. vers. Sed pro certo, & num. 19. Raphael Fulgos. consil. 222. Ludouicus Romanus consil. 70. num. 3. versic. Non obstant notata, Ludouicus Gozadinus consil. 19. num. 17. versic. Circa secundum, Hieronymus Gratus respons. 110. num. 43. & 34. lib. 1. atque alij relati à Tiraquel. de retract. consanguin. in prefatio. num. 42. Anton. Gabriel. commun. conclus. lib. 3. titul. 1. de iure emphyteut. conclus. 1. num. 2. versic. Contrariam tamen partem, Philippo Portio conclus. vtriusque iur. lib. 1. conclus. 11. post principium. versic. Contrariam, Tufchus practicar. conclus. tom. 5. lit. E. conclus. 126. num. 17. & 18. & vltra eos Sament. selectarum interpretat. lib. 3. cap. 7. ex num. 1. & post alios Andreas Gail. practicar. obseruat. lib. 1. obseruat. 148. num. 3. versic. Sed verior. Andreas Fachinus controuerf. iur. libro 1. capite 100. Blasius Flor. in addit. ad Gammam, decisio. 41. post principium, versic. Tamen in puncto iuris, Henricus Rosental, qui & ipse plures congerit, de feudis cap. 7. conclus. 14. in notis litter. D. & Z. Euerardus Bronchorst. miscellanea controuerfarum, centuria 1. assertat. 4. quorum ipse sententiam in puncto iuris veriorum esse adumat ex numero 21. Alij vero glossa, & Bartoli traditionem in dist. 5. permittitur, alijque in locis, dissertatione 13. commemoratis, admittunt tantum in emphyteusi, vel feudo seculari, non vero Ecclesie, vt & variando docuit Ludouicus Romanus d. consil. 70. num. 3. versic. vel Secundo aliter, Alexander. num. 19. versic. Putatem, in d. l. si mihi, & Titio, ff. de verbor. obligat. & consil. 83. num. 4. versic. Dicit etiam Romanus libro 7. Bertachinus in repertor. verbo emphyteusis finita cum tertia generatione, versic. Item verum secundum Alexand. Ialon. consil. 39. numero 17. versic. Secundo dato, & consil. 71. a numero 3. circa medium, versic. Praterea dico, Socius Iunior. consil. 9. num. 12. volum. 1. Hieronym. Grat. dist. respons. 110. a num. 35. qui numero sequenti, in fine, ait sententiam hanc communionem sibi videri, vltra alios congestos à Curcio Seniore consil. 47. num. 12. cum segg. maxime in versic. Vltimo, Thobia Nonio consil. 3. numero secundo versic. Secundo quia, Anton. Gabriel. dist. conclus. 12. limitat. 5. in princip. Caldas Peteyr. de renouatione emphyteutica quest. 8. numero 6. Tufchus d. conclus. 226. num. 10. & 16. Henricus Rosental. de feud. cap. 7. dist. conclus. 24. num. 4. in notis litter. E, Quamquam omnes agnoscent, * dominum quemcumque, siue priuatum, siue Ecclesiam renouationem non facientem descendentes emphyteute, & vel feudatarij, iniuriam quamdam minus propriam eis facere, cuiusdam scilicet indecentie & congruitatis, ad forum, seu iudicium non deducibilis, quod & sensille videtur Bartol. in Authent. de non alienandis, aut permittendis rebus Ecclesiasticis, §. quod autem, numero vltimo dum ait se putare, quod ex quadam vrbauitate Ecclesia debeat tales consanguineos præferre.

Prioris autem sententia Authores ex eo inprimis mouentur, quod nullo iure cautum sit, prioris emphyteute vel feudatarij, siue vltimi ex his descendentis descendentes, vel agnatos, aut cognatos, extraneis in noua inuestitura præferendos esse, quia dist. l. 1. §. permittitur, versic. Planè, qua gloss. Bartol. & ca-

teri communiter nituntur, in longè diuersa specie loquitur, nempe in concessione, in iure certi prædij à Principe facta ducenti aquam ex castello, vel riuo, aliòve loco publico, vt circa eum Tex. notatur optime ipsum explicantes, & exornantes Iacobus Menech. de reit. possess. remed. 6. a num. 57. ad 60. inclusiue, Petrus Augustinus Morla in empoy. vtriusque iur. titul. 6. de seruis. quest. 4. num. 19. quo casu publicis aquæ vsus, publicaque eius necessitas, iniustam facit eius denegationem, à Principe factam successorij prædij, cuius antecessori eam facultatem concesserat, quod tamen aliter se habet in concessione mere personalis rei emphyteuticæ, vel feudalis, quæ priuata est, & ad priuatum dominum expectat, solisque eius vrbibus deputata est, ad eoque ei potius fieret iniuria, si concessionis tempore expleto, eam successoribus renouare cogetur.

Rursus, quia iuris regula contrarium sudent, quibus traditum est, limitatam causam limitatum producere effectum, l. Imperator 8. ff. de postulando 3. l. 2. versic. Dicebam, ff. de his, qua in testam. delentur, l. statim liberum 11. versic. Stichum, vbi notat Gotofredus ad verbum quod die ff. de legat. 2. l. in agris 16. ff. de acquirend. rerum domin. l. si certis annis 18. Cod. de pactis, l. age cum Geminiano 3. Cod. de transact. cum vbi que notat, & à Decio, ad plura cum regul. expendente, consil. 47. num. 1. tom. 1. consil. 51. num. 9. consil. 602. num. 3. consil. 625. num. 7. consil. 626. num. 5. & consil. 37. num. 15. tom. 2. & aliis congestis à Tiraquel. de retract. consanguin. §. 32. gloss. 1. num. 49. & in tract. cef. caus. part. 1. numero 147. Brunoro à Sole in compend. propos. iur. verb. causa 9. Anton. Cardoso in praxi iudic. verbo causa, num. 3. Simon. Barbof. & Gabriel. Aluarez ad loca commun. iur. lit. C. illo num. 12. hoc verò num. 48. Augustin. Barbof. axiomat. 40. num. 29. & nemini * eum iniuriam facere, qui suo iure vitur, l. fluminum 24. §. vltim. versic. Neque enim, ff. de damno infect. cap. cum Ecclesia vltimera 31. versic. Mandamus. de electione, cum aliis relatis à Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 2051. num. 31. Menech. de præsumptionib. lib. 6. præsumpt. 29. Farinac. in praxi quest. 105. num. 130. Simone Vaz Barbof. ad principia, & loca iuris communis, lit. I. num. 49. Gabriel. Aluarez sub eadem lit. num. 162. Augustin. Barbof. axiomate 40. num. 29. & axiomate 135. num. 8.

Denique, quia in materia locationis, cui (vt diximus) huiusmodi contractus magis accedunt, constitutissimum est, liberum esse domino locatione finita conductorem pro libito expellere, & alij cuiuscumque rem locare, priorique conductori ius relocationem petendi penitus denegari, l. nemo 6. l. si qua conductio 25. l. ne cui 32. l. conductores 33. al. 34. C. de locat. l. non absre 10. C. unde vlt. §. 6. illuc: Fasta que el tiempo sea cumplido, per argumentum à contrario sensu, & l. 18. titul. 8. part. 5. l. 12. titul. 10. part. 7.

Posterioris verò sententia authores, qui saltem in emphyteuti, vel feudo Ecclesie communem traditionem falsam esse contendunt, nituntur primò autoritate Text. in d. Authent. de non alienandis, aut permittendis rebus Ecclesiasticis, cap. 3. sub §. quod autem, versic. Neque illud, coll. u. 2. vbi & pactum in emphyteuti Ecclesiasticæ appositum de renouando post finitam gene-

rationem

rationem improbat, & eo non obstant, libera facultas Prelatis relinquatur, rem emphyteuticam alij concedendi, id quod magis declarat Antonij Augustini versio ad eum locum siue ad nouellam constitutionem 7. c. 4. relata à Sarmiento d. c. 7. num. 2. versic. Quinimo, & à Percira, d. 9. 8. numero 7.

